



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XXXVIII. De Procvratibvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

judicis, expōnere, & ad reum vicissim pertinet pētitioni actoris contradicere; hoc enim est postulare, l. i. D. De pētulando. Idque facere uerque potest vel per se, vel per alios, de quorum functione agit deciēps S. Pont.

<sup>2</sup> Postulare autem omnes rerum forensēm periti possunt, nisi qui nominatim prohibentur, quorum tres ordines constituit Pr̄ator. Nam quidam omnino prohibent postulare, ut pueri & surdi: quidam pro' aliis, ut fēminæ & eācī: quidam non nisi pro certis personis admittuntur, ut pro seip̄sis; aut pro aliis, quorum tutelam vel curam non sponte sed necessariō gerunt, d. l. §. i. & seq.

Prohibitis postularē & Advocati officium ex- 3  
ere Canones adjūtūt Monachos, &c. qui illis  
xquipantur, Canonicos regulares, saltem ex-  
tra causam monasterii, c. 2, h. t. idque sive agatur  
coram judice Ecclesiastico, sive laico. Idem ferē  
juris statuunt in Sacerdotibus, & omnīnō Cleri-  
cīs illis, qui saceris initiati Deo mancipantur: qui-  
bus tamen postulare permittitur coram judice  
laico, si propriam causam aut Ecclesīa suę agant,  
aut pro coniunctis ac miserabilibus personis, c. t.  
& fin. h. t. ubi ex adverso qui adūcātūt agit pro  
extraneis contra Ecclesiam, beneficio privatur,  
quod ab illa acceperat. V. A.

## IN TIT. XXXVIII. DE PROCVRATORIBVS.

## S U M M A R I A.

1. Procurator quis & quotuplex.
2. Dīcīmen inter procuratorem ad lites & ad nego-  
tia.
3. Procurator in rem suam.
4. Tutor vel curatore non constituit procuratorem, sed  
actorem.
5. Procuratorem constitutuē permīssum Prelatis, Cleri-  
cīs, univerſitati.
6. Procurator pr̄asens vel absens constitui potest.
7. Usū & ratiō habitione confirmari.
8. Personā conjunctis pro se invicem agere licet, absque  
mandato.
9. Modo caveatur derata, aut judicato solvendo.

**V**tilitatem sive potius necessitatēm Procu-  
ratorum eleganter indicat Ulpianus, in l. i.  
circa fin. D. b. tit. dum ait: *Vñs procuratoris  
perquām necessarius est, ut qui rebus suis ipsi superesse vel  
nolunt, vel non possunt, per alios possint vel agere, vel consi-  
veniri.* Ita Ulp.

<sup>2</sup> Quare Procurator is dicitur, qui aliena negotia  
domini mandato administrat, d. l. i. Idque in  
judicio vel extra judicium, c. Qui generaliter s. h. t.  
in 6, ita ut is, qui ad judicia constituitur, vulgo  
simpliciter & usitatiō procurator dicatur; qui  
verò extra judicium, ad explicandum negotium,  
procurator ad negotia.

Sed hoc differentiæ est inter utrumque pro-  
curatorem, quod is ad judicia à domino cause  
constitui debeat, non verò ab alio; & ne quidem  
à tūtore vel curatore in rebus minorum, cū ipsi  
rerum rerum domini non sint, l. Neque tutores II,

C. h. tit. Ad eo ut neque procuratore jam consti-  
tuto, alium sibi substituendi jus habent, ob eam-  
dem rationem, l. Quod quis 8, & d. l. Neque tutores C.  
cod. Nisi eo casu, quo tutor vel curator vel procurat-  
or litem sīnt contestati; quia tunc tamquam  
domini litis post contestationem factam pro-  
curatorem rectè constituunt, d. l. Neque tutores &c.  
Nulla 23, C. sed quippe litem contestando in ju-  
dicio contrahere dicuntur, l. 3. §. idem scribit D.  
De peculio. Sed hoc amplius est in procuratore ad  
judicium, quod & is substituere possit etiam ante  
litem contestatam, si à domino substituendi  
potestatē habet, c. i. §. 1. h. tit. in 6. nam tunc  
substitutus à procuratore censetur ab ipso domi-  
no constitutus, tamquam prior procurator eo ipso  
mandatum suum in substitutum rejicerit. Ne-  
que revocare potest eamdem substitutum, nisi  
suo mandato contineatur, c. 3, cod. tit. in 6, l. Item §.  
i. D. Quod cuiusq; univer. nomine. Procurator vero  
ad negotia non tantum à domino, sed & ab aliis,  
quorum quomodo liber interest, rectè constitu-  
tur, l. 2. & l. Si procuratorem 8, §. 2, & seqq. D. Man-  
dati.

Est & alius procurator in rem suam, qui omni  
tempore, nedum post litem contestatam, alium  
procuratorem substituere potest, c. 1, §. 1. in ver-  
bis, nisi in rem suam h. t. in 6. & l. illam 33. C. De do-  
nationib. Dicitur vero in rem suam procurator,  
ad quem actionis commodum pertinet, ut quia  
ipsi actione vendita, donata, vel in solutum data  
est, cedentisque nomine eamdem actionem in-  
tentat, l. fin. C. Quando fīcus vel privatus &c.  
Cujus hæc ratio est, quod hic procurator quo-  
dammodo

F 2

- dammodò actionis sit dominus , propter ejus commodum. Imò & suo nomine utilem actionem rectè intendit, cùm actionis ipsum ipso jure transcat, d l fin l Emptor 5. C.de hared.vel act. vend. & l.2.C De actionib. & obligat.
- 4 Sed quod autè dixi, tutores vel curatores minorum non posse ante litem contestatam constituere procuratorem, sed esse necesse, ut id fiat ab ipsis minoribus, cum tutoris vel curatoris auctoritate nihilominus admissum est , ut tutor vel curator possit actionem constituere, cùm decreto judicis, d l Negne tutores C. b. tit junctāl. unīcā C. De actore & tutores & curat. dando, & § fin. Inſtit. De curatorib. Latè Bart. in d l Negne tutores & in l. Aſtor D. Ratam rem habet.
- 5 Sed & Prælatis, cæterisque Clericis, licet hi rerum Ecclesiasticarum domini non sint , quia tamen non sunt merita ministratores, sed illarum fructus, aliaque commoda ad eos quasi ad dominos pertinent, permisum est procuratorem etiam litem non contestatam constituere, c.1.3.9 & 11. h. t. Imò & ab universitate vel collegio rectè procurator datur, qui proprio nomine Syndicus vel actor appellari solet, c. un inf. De syndico & l. 1. §. quibus, & d.l Item 5. §. 2. D. Quod cuiusq. univers. Id que necessitatis causā, vel quia veris dominis ad similitudinē, receptum est.
- 6 Cæterūm procurator præsens, vel absens, per epistolam vel buntium constitui potest, l.1. in fine cum segg. D. b. tit. Quod vel solo utriusque consenserit, ex natura mandati, d.l.1. in pr. Quamvis interdum solemniter fiat, majoris probationis ergo, ut in e. eod. t. Quin & ratihabitione procurator confirmatur : velut si quis tamquam procurator, cum non esset, causam in judicium deduxerit, itemque contestatus sit, deinde dominus ratum habuerit, quod ab eo gestum est, procurator per hujusmodi ratihabitionem approbat & confirmatur , tamquam à principio habuisset mandatum ab ipso domino, text sing. in l. Licet § 6. D. De judic. Gai. lib 1. Obſer 47. Nam ratihabitione retrotrahitur & mandato comparatur, & Ratihabitione De R. 1. in 6.
- Alias id quod à falso procuratore gestum est, ipso jure non subſtit, adeoque is à limine judicci repellit potest, l. Licet 24. C. b. t. t. Exceptis ramen coniunctis personis , quales sunt parentes, liberi, fratres, affines, liberti, quibus pro se invicem agere permisum est etiam absque mandato, l. Sed & ha persona 35. l. Familiar 41. D. eod. Item marito pro uxore, l. Maritus 21. C. eod. non autem ē contraria, cùm procuratorem agere sit officium virile, l. Alienam 18. C. eod. & l. 2. D. De R. t. Nisi femme pro parentibus morbo aut ætate impeditis agere velit, & neminem habeant, qui agat, d.l. Feme. t. Sed hic casus planè singularis est. Utram men his omnibus casibus is qui agit derato caueat, id est ratum eum habiturum, pro quo agit, datis sidejussoribus, l. Pomponius 40 § fin. & ibi Gl. D. eod. Atque hæc ex parte actoris. Ex parte vero rei conventi, sive quis habeat mandatum , sive non, potest reum defendere , præstata tamen satisfactione de judicato solvendo, Inſtit. De ſatisfidat. § fin. & l. Qui proprio 46. D. h. tit. Publicè enim utilē est, inquit Ulp. agentes à quibuscumque defendi, l. Servum 33, § publicè D. eod. Exceptis ramen causis criminalibus , in quibus nullus procurator vel defensor admittitur, sed propriā accusatoris & rei præſentia opus est, l. pen. §. 1. D. De publ. jud. & dicam inf. ad c. Tne 5. h. t.

## In Cap. 2.

## S U M M A R I A.

1. Species facili.
2. Nemo in gravibus causis cogitur procuratorem constitui.
3. Reus citatus ex iusta causa absens non condemnandus in expensas.
4. Licet per procuratorem se defendere possit.
5. Intellexus l. Papinianus 20. in pr. D. De mino-rib.
6. Licet etiam citatus fuerit, ut per se vel per procuratorem compareat.
7. Causa graves que dicantur.

8. Incausis levibus tenetur quis procuratorem mittere.
9. Personæ illustres per procuratorem agunt.
10. Item electus in Epis. opum.
11. Causa iusta absenta an judici insinuanda.
12. Dominus causa an & quando per se comparere tenetur.

**E**Piscopus Vigornensis condemnaverat r quendam Clericum in itineris expensas, ab adversario suo factas, eo quod citatus non venisset ad Judicium ; non obstante, quod ipse Clericus infirmitate detentus esset, & illius probandi causā presbyterum & Diaconum ad Episcopum

Episcopum destinasset. Quia de re aditus summus Pontifex mandat duobus Judicibus, ut, nisi alia iusta causa subsit hujus condemnationis, quam absentia ipsius Clerici propter infirmitatem, illam sententiam revocet, sive, ut textus loquitur, cum absolvant ab eadem sententia: rationem hanc adferens, ¶ quod non possit quis cogi, nisi velit, in gravibus causis procuratorem constitueret. Quæ ratio Pont. cōsideretur spectare, ut tacitam objectionem removeat ipsius Episcopi, qui forte prætexere potuisse, Clericum saltem in causa fuisse, quod procuratorem non miserit; atque idcirco eum in expensas recte condemnari. Ratio aureo sanè calculo notanda.\* Quod sit, ut & idem juris sit in eo, qui tempestate, vel vi fluminis, vel bello, vel aliâ causâ justâ impeditus comparet non potest, per text. in c. Cum Beroldus 19. inf. Desent. Et re judic. l. 2. §. 1. cum seq. D. Si quis cautionib. l. Si Prator 7. 5. §. & Marcellus D. De judic. Imola hic num. 7.

¶ Nec movere, quod reus absens aequè per procuratorem se defendere posset: quia ioprimitis ipsi reo citato defensio competit, & quidem jure naturali, c. Pastoralu circa fin. Desent. & re judic. in Clem. Deinde beneficio juris, reo permititur, ut per alium possit se defendere, l. fin. in verbis, si ita maluerit, C. hoc tit. & l. 1. circa fin. D. eod. At vero quod ob gratiam alicui conceditur, non debet retorqueri in ejus dispendium, c. Quod ob gratiam De R. l. in 6. & l. Quod favore 6. C. De legib. Quod utique evenire, si invitatus per procuratorem se defendere renatur.

¶ Non obstat textus in l. Papinianus 2. o. in pr. D. Deminorib. ubi exul non restitutus in integrum, decursu tempore à jure instituto ad petendam restitutionem in integrum, quia, inquit textus, per procuratorem adire potuit prætorem. Sed Relp. Innoc. hic in 2. solut. quod hic exul propter delictum suum in exilium missus fuerat, & idcirco non eucurreret tempus petenda restitutione in integrum, cum potuerit agere absens per procuratorem.

¶ Et hæc adeò usque obtinent, etiam si reus citatus fuerit, ut per se vel per suum procuratorem responsurus compareat, sicut recte censent Bernard. Innoc. & Imol. hic, & probat textus noster. Si enim reus cogi non potest ad constituentum per se procuratorem, ergo neque citari, ut per procuratorem respondeat. Cui accedat, quod Jūdex citando reum, ut per se vel procuratorem respondeat, nihil novi addat citationi, sed quod

alias citationi à jure inerat, exprimat. Inest autem citationi à jure & impliciter factæ, ut citatus per se vel per procuratorem respondeat. Non igitur expressio procuratoris magis obterit reo, quam si ejus mentio omessa fuisset; cum eorum expressio, quæ tacite insunt, nihilo magis operari soleat, l. Cornelius 6. 9. D. De hæred. in 1. & l. 3. De leg. 1. præterquam iis casibus, qui recententur à Pomponio JC. in l. Actus legitime & ille DD. De R 1. quod hic non prosequor. Quare indubitate juris est, a Jūdice citatum, qui iusta de causa est impeditus, non tenetur ad procuratorem suo nomine constitendum, ac proinde absentem condemnari non posse in expensas litis, per hoc text.

Ubi tamen notandum, textum loqui de causis 7 gravibus. Graves verò causæ hoc loco dicuntur, quæ magni momenti vel præjudicis sunt, ut est causa matrimonialis, vel quæ agitur de bonis omnibus, vel de majori parte bonorum, vel est causa infamiam irrogans. Panorm. hic num. 5. Innoc. verò causam gravem existimat, quæ intricata sive involuta est, ut facilè per procuratorem explicari non possit, cuius sententiam probat & Panorm. Sed soleo ego ejusmodi rem, quæ certo jure definita non est, ad arbitrium dixerit: Jūdices rejicere, ut ante à me sèpè probatum est.

Aliiter in levibus causis, in quibus quis licet 8 justè impeditus procuratorem mittere tenetur, sicut à contrario sensu colligunt Innoc. & Panorm. Nec hoc ratione caret, cum in levibus causis non solcat ita observari Jūdicii ordo, Auth. Nisi breves C. Desent ex brevior. recit. Et hæc est una limitatio, quod quis per procuratorem magere vel conveiri cogatur, in causis scilicet levibus.

Alterum est in personis illustribus, quibus non 9 licet per se, sed per procuratorem in Jūdicio litigare, Auth. Hoc jus junctā p̄f. C. hoc tit. Idque efficit personæ qualitas, cui forer ignominiosum statu in Jūdicio more aliorum litigantium. Quare hi mittere procuratorem tenentur, etiam si propter infirmitatem aut aliam justam causam absint, ut recte hic monet Panorm. Et ratio est, nam cum hi non possint per procuratorem litigare possint, frustra expectantur, usque dum convalescant vel iulta absentia causa cesset, arg. l. Ali quando 13. § fin. D. Ad S. C. Vellejan. Facit text. in l. antepen. D. Ex quib. casu. maiores.

Tertia limitatio est in electo in Episcopum, 10 qui per se vel per procuratorem se defendere cogitur, c. Cum dilecti 6. circa fin. inf. De dolo & contum. Idque ut Ecclesiæ vacante eo citius consularit.

F. 3. Catez.

- ii. Cæterum cùm idem textus meminerit Presbyteri & Diaconi destinatorum ad excusandam absentiam ipsius Clerici condemnari in expensas ; quæstum hic est, an ne justa pars absentia necessariò sit Judicii iniquanda : Et certè insinuanda est, ad eum effectum, ut sententia lata contra absentem justè impeditum ipso jure nulla sit, *sext. in l. Questum 60. D. De jud. & in l. Siprator 75. infino D. De jud. Panorm. hic numer. 4.* Alioqui si non fuerit insinuata, petenda esset restitutio in integrum ob causam justæ absentia, *tot. tit. D. Ex quib. cauf. maiores & dicitur Latinus inf. De in integ. restit.*
- ii. Quibus illud lubet adjicere, quod sicut domi-

nus causa per procuratorem non cogitur comprehendere, ita nec per seipsum ; cùm juris beneficium sit, per se vel per alterum compascere, alterumque sufficiat, *l. fin. C. h. t. & l. i. in fin. D. eod. juncto c. In alternativu De R. I in 6. quod citato non est auferendum, c. Indulatum 17. eod. tit. De R. I.* Præterquam si criminalis causa sit, vel alia juris necessitas, qua præsentiam citati requirat : ut quia ipse melius scit causæ veritatem, vel minus risus sit, quam ipse procurator ; his enim casibus & similibus potest Judge arctare partes, ut personaliter compareant, *d. l. fin. C. hoc tit. & c. i. De jud. lib. 6. & Gl. utrobique.*

### In Cap. Tuæ 5.

#### S U M M A R I A.

1. Maritus accusans uxorem adulterii an per procuratorem agere possit.
2. Propter adulterium duplex institui iudicium, criminale & civile.
3. Maritus criminaliter convenire potest uxorem adulteram, non contraria.
4. Civiliter agitur ad separationem tori.
5. Et ad lucrum donis vel donationis propter nuptias.
6. Idque coram iudice Ecclesiastico, non seculari.
7. Repellitur ab hac actione, qui & ipse in reatu est adulterii.
8. An & maritus, qui defendo uxorem vel alias causaverit adulterium.
9. Vxor per vim cognita excusatur ab adulterio.
10. Repellitur & approbans alterius adulterium.
11. Ob oculum luxuriosum an mulier separari a marito possit.
12. Cur in causa criminali adulterii non licet agere per procuratorem.

**S**ententia hujus Capitis haec est, quod maritus accusans suam uxorem adulterii coram seculari iudice, ut pena adulterii coeretur, per procuratorem agere non possit ; secus, si coram Ecclesiastico iudice, ut ab uxoris coabitatione separetur. Et ratio est, quia priori casu iudicium criminale intentatur, publicæ vindictæ causa, in quo non admittitur procurator, tam ex parte accusatoris, quam rei accusati, *l. pen. §. 1. D. Depnbl. jud. & can. Absens ill. quæst. 3.* Altero vero casu iudicium civile sive privatum, in quo idcirco procurator admittitur, *l. fin. C. hoc tit. & dixi supra ad c. 2.* Quamvis textus noster iudicium hoc divortii causa institutum, mixtum potius dici velit, id est, partim criminale, partim ci-

vile ; & ob id placet non admittit procuratorem, tantum ubi necessitas suaderet.

Ut autem haec res explicatus cognoscatur, sciendum est, duplex posse institui iudicium propter adulterium, unum criminale, alterum civile, sive mixtum, ut est iam dictum. Illud in cum sive tendit, ut adulterio penâ juris civilis à iudice seculari puniatur, quæ est gladii pena, *l. Quamvis 30 in fin. C. Ad L. Iul de adul. & §. item lex Iulia Inst. De pub. jud. adultera vero verberata in Monasterium detrudatur, potestate interim relata marito intra biennium eam repetendi, Auth. Sed hodie C. d. tit. §. si quando Nov. 134. Vt nulli iudiciorum licet, &c. Gaudemus 19. inf. De convers. conjug.*

Hoc autem iudicium criminale à marito tantum contra uxorem adulteram instituitur, non etiam è contra ab uxore in maritum adulterum, ut est textus in l. 1. C. Ad L. Iul. de adul. tum quia maritus uxoris est caput, can. Cum caput XXXIV. quæst. 5. & testatur D. Paul. ad Eph. 3. tunc quia majus præjudicium impendat marito ex uxoris adulterio, ob incertitudinem prolis, quam è diverso uxori ex adulterio viri, ac proinde magis marito adulterii accusatio permissa est, quam ipsi uxori, Panorm. hic numer. 6 add. l. 6. §. 1. D. Ad L. Iul. de adul. Sed hodie ex Carolina Constit. tit. 120. De jud. penal. maritus & uxor quoad accusationem adulterii & qui parantur, eaque fieri debet solemniter cum inscriptione accusatoris, aliisque solemnitatibus interventibus, de quibus hoc textu nostro & l. Liberorum 3. D. De accusat.

Jam quod ad alterum iudicium attinet, quod civile sive mixtum dicitur, eo agitur ad separationem coabitationis propter adulterium,

ut. 5

ut si maritus innocens ab uxoris adulteræ cohabitatione separaretur, & è converso mulier innocens à marito adultero, text. hic, in can. Si quis uxori rem suam xxxii. q. 1. can. Pracepit & can. Praceptum xxxii. q. 5. c. Ex litteris 5 inf. De divorcio.

Præterea innocens conjux lucratur dorem & donationem propter nuptias, respectivè hoc est, ut, si uxor adulterium admiserit, perdat suam dorem; si maritus, donationem propter nuptias, c. Plerumque 4. inf. De dono inter vir. & ux. c. 1. inf. Ut littere non contest. s. quia verò plurimas cum s. seqq. Nov. 117. Ut lieat matre & avia &c. Sed in hoc distat ad alios maritus ab uxore adultera, quod uxor ob solum & unicum adulterium dorem amittat; maritus verò non aliter, quām si frequenter cum alia muliere egerit, & bis monitus non resipuerit, d. Nov. 117 s. Causa vers. Si quis in sua domo. Itaque quoad separationem cohabitationis exquantur uxor & maritus, non autem quoad lucrum dotis vel donationis propter nuptias.

Porro hoc judicium civile sive mixtum instituendum est coram judge Ecclesiastico, nos seculari, ut indicat hic text. & probat. c. 2. inf. De judice. quo laicus prohibetur tractare negotia Ecclesiastica, quale haud dubie est dissolutio matrimonii quoad cohabitationem; & extat Canon Conc. Trid. Sed 2. 4. Si quis dixerit, inquiens, causas matrimoniales non spectare ad judices Ecclesiasticos, anathema sit.

Cæterum videndum est conjugi, qui ad separationem matrimonii, & ad lucrum dotis vel donationis propter nuptias agit, ne & ipse adulterium admiserit: nam bac specie justa exceptione removetur, si quidem delicta mutuā compensatione tolluntur, c. pen. & ult. inf. De adulc. c. Significasti 4. in fine inf. De divorcio. & l. Viro 40. D. Solutio matri. Quod generale est in omnibus delictis, ex quibus civiliter agitur, ut in his compensationi locus sit, per text. in l. Si ambo 10. §. 1. D. De compensat. Idque adeò in hoc argumento adulterii locum habet, ut, si latè divorciū sententiā, & separatione subsecutā, vir vel mulier, qui quāve ad separationem egit, postea fornicetur, cogatur alterum vel alteram, antē dimissam ve propter adulterium rursus recipere in suum confortium, per text. in c. Ex parte 5. inf. De divorcio. & notantibid. Gl. & Panormi qui & hanc opinionem recipiorem & favorabiliorē existimant, contra alios, qui contrarium censuerunt.

Sed quāsi sum est, si maritus indirectè uxori 8 auctor fuerit adulterii committendi, puta eam deserendo, vel necessaria non subministrando, qn agendo maritus ad separationem cohabitationis exceptione repellit possit. Et certum est maritum exceptione repelliri non posse, text. in d. c. Ex litteris inf. De divorcio. Cum, ut eleganter ait l. C. Ulp. de meterrice, ei non sit ignoscendum, quæ prætextu paupertatis turpissimam vitam elegit, l. Palam 43. vers. non est ignoscendum D. Deritum nupt. & nemo ad peccandum ullo merito induci debeat, c. Sacris 5. inf. De iis qua vi matrifue caus. sunt.

Non tamen dubium est, uxorem ab adulterio 9 excusari, si per vim oppressa sit ab alio, can. 1. cum c. seqq. xxii. q. 5. siquidem, ut ait D. Hieron. corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas, can. De pudicitia eadem q. 5. Aut si illa maritum defunctum existimans, cūm adhuc viveret, alteri nupserit, can. Cūm per bellum xxxiv. q. 1. juncitā ibid. Gl. & c. 2. inf. De secundis nupt. aut si errore decepta credidit se à marito cognosci, cum reverè aliis esset, can. In letitum d. q. 1. Et ratio est, quod his casibus nullum adulterium committat mulier, cum dolo careat: adulterium verò sine dolo non admittitur, l. pen. D. Ad L. Iul. de adul.

Item videndum est ei, qui ad separationem 10 agit propter adulterium, an alteri causa fuerit adulterii committendi, aut saltem admisum approbaverit; nam & eo casu adulterio vel adultera exceptione se rubebitur, ut respondit Scævola in adultera. Cur enim improbat maritus mores, quos ipse aut antè corrupti, aut postea probavit? in l. Cūm mulier 47. D. Solutio matri. Ex quo sequitur, ut si maritus sciens uxorem commisso adulterium cum ea concubuerit, contra eamdem non possit ad divorcium cohabitationis agere, cūm eo ipso mores ejus approbasse vel ignorisse consteat. Bald. hic, & Gl. in c. fin. inf. De adul. quam & ab omnibus receptam testatur Did. Covarr. in 4. lib. Decretal. §. 6. num. 11. Facit textus optimus in § fin. Inſtit. De injuriis.

Quærit hic Bald. an uxor propter osculum luxuriosum aut tactus impudicos adulterii committendi causa separari possit à marito suo: item an dorem amittat? Et resp. ipse Baldus, quod sic, cūm hoc factum impunitum esse non debat, per text. in c. 1. Quib. modis stud. amitt. lib. 1. Baldo adscientiuntur Ripa, Curtius Juniox & Joan.

& Joan. Luper, teste Covarr. d. s. 6. n. 4. & communem opinionem adserit ex Nicolo Bellono. Ipse tamen Covarr. improbat, dummodo ultra progressum non sit. Sola enim conjectura est adulterii, qua non sufficit ad condemnationem, nisi etiam alia argumenta concurrent, de quibus in c. Litteris 12. cum c. seq. infra Depr. sumpt. Confirmat hanc sententiam textus in §. quia vero plurimas Nov. 117 Veliceat matri & avie &c. ubi inter causas divortii hic casus non recensetur. Absurdum quoque est, pena ad non expressos casus extendi, e. Odis De R 1 in 6. & l. Interpretatione pen. D. Depen. & eleganter. Menoch. De arbitr. jud. quest. casu 287. Non obstat textus in c. Maritus q. inf. De adul. quo permititur marito etiam ex sola suspicione uxorem adulterii accusare. Idem dicitur in l. Quamvis 30. C. Ad L. Iul de adul. quia uterque textus loquitur de accusatione, qua ex suspicione adulterii permititur, non autem de condemnatione adulterii, in qua certa probatio exigitur. Idem aperte constat ex l. Quis sententiam 16. C. Depen. ubi in adulterio, homicidio, ceterisque criminibus nemus condemnari jubetur, nisi a propria confessione aut probationibus clarissimis convictus sit. Et quod attinet ad d.c. i. à Baldio allegatum, quo vasallus fendo privatur, si vel turpiter luserit eum uxore dominis sui, illud tantummodo ipsum vasallum concernit, non vero uxorem domini; ut ea propter ea adulterii condemnari possit aut debeat.

His ita constitutis, rationem textus nostri in-

quiramus, cur in criminali iudicio maritus uxorem suam adulterii per procuratorem accusare non posse. Idem & ex parte uxoris accusata, ut nec ipsa per procuratorem possit se defendere. Quia id commune est omnibus criminibus publicis, ut personaliter expedire opus sit, non per procuratorem, ut est text. in l. pen. §. 1. D. Depubl. jud. & in c. Veniens 15. inf. De accusat. & in can. Abjens III. quest. 9. Ego, relatis rationibus Glossæ & Bartoli, tum aliorum, in d. l. pen. verissimam haec esse arbitrio, quod in criminalibus liquidissima accusatio requiratur, ut antea dictum est, & probat text. in l. fin. C. Depr. probat. magnumque momentum adferant ad illustrandam rei veritatem, ipsius accusati vultus, adspexitus, qualitas, sermo, constantia, text. in l. De minori 10. §. plurimum D. De quas. in l. 1. & 2. D. Detestib. Atque indecirco juris condicores voluerunt, ut accusatus per se, non per procuratorem, se defenderet. Quæ ratio militari etiam ex parte accusatoris, ad facilius detegendam ejus calumiam, sicut colligitur ex l. 1. D. Ad S. C. Turp. Cum enim in accusatorem calumniosum poena talionis, id est, simileudo supplicii à communis jure constituta sit, l. ult. C. De accusat. can. Quis quis II. quest. 8. & text. hic in V. talionis, certè ratio postular, ut & hæc calumnia inserviat argumentis cognoscatur, d. l. in princ. Postremo quæ hic de inscriptione & poena talionis dicuntur, latius explicantur inf. ad tit. de accusat. Nobis ad alia, quæ utiliora sunt, & magis in iudiciis frequentata, properandum est.

### IN TIT. XXXIX.

#### S U M M A R I A.

1. Procurator, Actor, Syndicus.
2. Syndicus qualis constituiri debeat.

**P**rocurator, Actor, Syndicus licet aliquando confundantur, ut patet ex c. Petitione vestra 9. sup. De procurat. tamen ex usu fori ita distinguuntur, quod procurator a domino & privato datur; actor a bonorum administratore, veluti Episcopo; Syndicus vero à communitate licita: ut si Collegium Canonorum, vel Cœnobium, vel publicorum vestigialium socii aliquem constituant, qui quod communiter agendum erat,

### DE SYNDICO.

non singulorum, sed totius corporis nomine agat, is auctor vel Syndicus dicerur, l. i. D. Quod cuiusque universi nomine &c.

Constitui Syndicus potest vel qui sit de collegio vel extraneus aliquis. Suadent tamen Canones Religiosi, ut causas suas per Syndicum extraneum agant. Expedit enim, ut ait textus pro parvo in commodo a strepitu causarum servi Dei esse quietos, c. unico hoc tit. id est, potius debent modicum incommodeum sive dampnum sustinere in eo, quod dant Syndico, & cessare à litibus, per quales litigia exercere. Gl. ibid. V. A.

### IN TIT. XL. DE HIS, QUÆ VI METUSVE CAVSA FIVNT.

#### S U M M A R I A.

1. Actio & exceptio quod metus causa quando locum habent.
2. Actio quod metus causa est in rem scripta; & cur necessaria.
3. Metus